liter et isti cum navigium venerunt Cornenses cum equites multitudo, omnique fluminarum erunt transversi. civitates et castella quos illi Troiani, quos nominati sunt, totum illi fecerunt. de Pannonie regnum venit ille sevissimus paganus Atila nomine. supra autem, quod fuerunt, nominati sunt; quotquot autem destruxerunt, recordabitur, hec modo dicamus: Aquilegia nobilissima * * * * * * * et amplius possedit annorum * * * *, Concordia * * *, Gardisana * * * *, Tarvisio, Ovederço * * * *, Ausolum castellum, Boemia. illi distruxerunt multe alie, que nominare homo non possunt[(a)] neque existimare, ubicumque invenire potest. illos iniquos circuivit in girum, per possessione illuc erat stantem, quod iannuas ipsa per totas civitates imperare aperte fuerunt. quod illi viderunt, quod pariter statim intus toti erant euntes seu destruentes, Geminianus presbiter, vir sanctus et iustus et bene grammatice artis peritus, ipse cum multitudine hominum, quod supra nominati sunt, cum Dei adiutorium foris civitatibus fuerunt exituri. in aqua patulibus erunt habitantes, in ligneis caveis, quos ipsi caverunt, quod melius potuerunt, ibique erunt stantes.

Venit super sevissimos paganos ira et indignatione Dei omnipotentis. alii in aqua erunt psallentes, statim moriebantur; alii autem a demoniis vexaverunt et cum lapidibus inter se ipsos erant lapidantes; alii in moncium altitudo erat occurrentes, de alto illos se precipitabant et statim mortui erant; alii ad gladiis obruti; alii gladii erat interentes; alii unus ab alter cum pedibus se fluxerunt; alii in igne erunt sallentes. toti autem turpissima[(b)] morituri morte fuerunt. emundavit Dominus terra plena populi, a quo flagellum et demonibus eis erat. Totilla sevissimus in hac magna urbe intus a serpentibus fuit laceratus, et vermis erat eum commedentem multitudo. recessavit et emundavit Dominus in aqua quod fuerunt venturi. totum, quod supra dictum est, revellavit ei dominus Geminianum presbiterum, ut in omni parte ille fuisset ad videndum omnia quod factum fuerat. istum presbiterum de natione Modinensem fuit. propter suam sanctitatem toti istorum cum eo salvi facti sunt, quod vidi flagellum in Aquilegia civitate cum ceteris aliis.

(a) *V* posunt (b) *V* turpisima